

N R
309

4770.



M. K. 709.



ÆTERNÆ MEMORIÆ
PER-ILLUSTRIS DOMINI
DOMINI
GEBHARDI
JOHANNIS
DE ALVENSLEBEN

Domini Qvondam
In Erxleben Eichenbarleben
Rochetz Calbe & Vinau
Sereniſſimi ac Potentiſſimi
Electoris Brandenburgici
Tributorum Directoris Supremi



Ut Et
Confiliarii Provincialis
In Ducatu Magdeburgensi
Dum Erat Florentiſſimi
Hoc qvalecunqve Pietatis Monumentum
Suspendit

ERNESTUS LUDOVICUS CORTREIUS

Dicaſterii Ducalis Gvopherbytani Aſſeſſor Confiliarius Anhaltinus
Perilluſtrium in Ducatu Magdeburgenſi Statuum Nobiliſſimæ
Idem Reipublicæ Salenſis
Conſultor.



MAGDEBURGI,

Litteris Johannis Danielis Mülleri
Electoral. Brandenburg. Typographi
A. Æ. Chriſtian, clo loco,

1700



D. O. M. S.

Revelate Provinciales

Revelate

Quæ Causa Doloris Vestri

Intentissimi

Sonant Voces Vestræ Flebiles

Per Totius Ducatus Oras

Ejulantes Exclamantes

Reliquisse Conspectum Vestrum

Heroem

De Singulis Provinciæ Partibus

Meritissimum

Perillustrem Dominum

DOMINUM GEBHARDUM IOHANNEM

DE ALVENSLEBEN

Dominum Antehac

In Erxleben Eichenbarleben

Rogetz Calbe Et Vinau

Serenissimi Ac Potentissimi

Electoris Brandenburgici

Domini Nostri Omnium Propitii

Tributorum Directorem Haut Postremum

Ducatus Magdeburgensis Consiliarium

Pro:

Provincialem Splendidissimum
Dignus Sane Tanto Funere Planctus
Seceſſerunt Etenim Deliciae Veſtrae
Illum Namque Diem Exiſtimabat Infauſtum
Atro Carbone Notandum
Pientiffimae Recordationis Heros
Qvo Ipli Non Licebat
Satisfacere Deſideriis Implorantium
Qvo Haut Erat Integrum
Cum Succellu Fauſtiſſimo
Reſpondere Vocibus Clamantium
Flagitabat Hoc Genius
Ad Clementiam
Ad Beneficentiam
Ad Miſericordiam
Omnino Nativus
Sic Etenim Se Se Gerunt Omnes
Qvi Spartam Iplis Creditam
Pietate Ac Prudentia Gubernant
Non Qva Prae Manibus Eſt
Sed Vitam Ac Famam Aeternam
Qva Par Eſt Integritate
Penſiculantes
Nec Aliam Vitae Ineunda
Rationem Optabat Aut Anhelabat
Defunctus Immortalis
Menti Namque Ejus Inhaerebat
Perpetuo

Per-

Perpetuæ Gloriae Desiderium
Inexplebile
Rejectis Cunctis
Quæ Ad Temporalis Sortis
Pertinebant Sufficientiam
Hæc Etenim Ab Ineunte Ætate
Sedula Divinorum Oraculorum
Meditatione Ipsi Erant Impressa
Ætatis Progressu Exculpta
Provectioni Autem Ævo
In Succum Et Sanguinem Translata
Ut Ab His Divinis Discedere Principiis
Impossibile Effet Animæ Piissimæ
Quid Ergo Mirum
Quod In Omni Vita Omniqve Actione
Nil Respexerit
Defunctus Perillustris
Nisi Quod Pietati Honestati
Iustitiæ Ac Morum Gravitati
Congruum Atqve Condignum
Hinc Suspiria Vestra
Provinciales Ardentissima
De Redimenda Corona Vestra
Per Fata Divina Impervestigata
Ad Sedes Omnium Beatisimas
Opinione Citius Translata
Piissima Quidem

Defuncto Tamen Ingrata
Novistis Vitæ Terminum
Homini Cuivis
Illustri Pariter Ac Plebejo
Divina Providentia Præstitutum
Qvem Nullatenus Anticipavit
Amantissimus Vester
Sed Moderata Vivendi Ratione
Remediis Qvoqve Saluberrimis
Ad Diem Et Horam
Cœlesti Decreto Determinatam
Producere Adprime Satagit
Nec Defuerunt Preces Piæ
Incolarum Ac Subditorum
Pro Incolumitatis Diuturnitate
Ast Aliter Statutum Erat
In Consilio Divino Inscrutabili
Immutabili
Nec Enim Divina Majestas
Exaudit Nos Semper Ad Voluntatem
Vel Maxime Vero Ad Salutem
Salutem Autem Comparat Transitus
Transitur Etenim Morte
A Corruptione Ad Incorruptionem
A Mortalitate Ad Immortalitatem
A Perturbatione Ad Tranquillitatem
Ad Refrigerium Ergo Vocatus
Ad Nos Profecto Redire Negat

Innumeris Quamvis Desideriis
Provocatus
Ipse Enim Cum Iustis Dei que Amicis
Exultat In Regno Cœlorum
Heus
Quanta Gloria
Quanta Latitia
Qualis Honor
Qualis Dignitas
In Perpetuo Esse Consortio
Dei Patris Creatoris
Dei Filii Redemptoris
Dei Spiritus Sancti
Sanctificatoris
Haut Parum Apprehendistis
Provinciales
Si Hoc Vobis Cognitum Est
Quid Sit Honorari Cum Christo
Iesu Servatore Nostro
Æternæ Nostræ Salutis Autore
Cumque Eo Lucis Inextingvibilis
Gaudium Capere
In Vita Vere Vitali
In Vita Sempiterna
Sempiterne Beata
Ubi
Gaudium Sine Mœrore

Re:

Requies Sine Labore
Dignitas Sine Tremore
Sanitas Sine Langvore
Opes Sine Amisione
Abundantia Sine Defectione
Perpetuitas Sine Corruptione
Omnia Tranquilla Omnia Quieta
Evolemus Hinc Evolemus!



ÆTERNÆ MEMORIÆ
PER-ILLUSTRIS DOMINI
DOMINI

HARDI

ANNIS

VENSLEBEN

domini Quondam
den Eichenbarleben
tz Calbe & Vinau
imi ac Potentissimi
oris Brandenburgici
n Directoris Supremi

Ur Et

iliarii Provincialis
catu Magdeburgensi
Erat Florentissimi
ve Pietatis Monumentum
Suspendit

DOVICUS CORTREIUS

bytani Assessor Confiliarius Anhaltinus
Magdeburgensi Statuum Nobilissimæ
Reipublicæ Salzensis
Consultor.

AGDEBURGI,

mannis Danielis Mülleri

Electoral, Brandenburg. Typographi
A. Æ. Christian, cl^o 1000,

1702

